

BASILII PONTII

LEGIONENSIS AVGVSTINIANI,

APVD SALMANTICENSES THEOLOGICÆ

DOCTORIS ANTECESSORIS

PRIMARIJ,

DE SACRAMENTO
MATRIMONII.

AD SERENISSIMVM FERDINANDVM

HISPANIAE INFANTEM S. R. E. CARDINALEM,

ARCHIEPISCOPVM TOLETANVM PRI-

MATEM, SVPREMVM CASTELLÆ

CANCELLARIYM.



SALMANTICÆ,

Apud Antoniam Ramirez Viduam. Anno

Domini cl. MCC. XXIV.

Facultas Patris Prouincialis Castellæ.

MAGISTER Frater Ioannes de sancto Augustino, Prouincialis huius Prouinciæ Castellæ obseruantia, ordinis sancti Patris nostri Augustini, facultatem concedo, ut typis mandetur tractatus iste de Matrimonij sacramento, à Magistro Fratre Basilio Pontio Legionensi in Salmanticensi Academia Cathedræ Durandi Rectore erudite compositus, & diligenti examinatione, grauiq; iudicio à nostris approbatus. In quorum fidem has literas manu nostra subscripsimus, nostrique officij sigillo munitas dedimus. Matriti die Maij 13. anno Domini 1620.

Fr. Ioannes de sancto
Augustino Prouincialis.

Approbatio ex commissione Ordinarij.

DE mandato Doctoris Petri de Angulo Sarauia Prauisoris Salman. non sine magna voluptate atque mei fructu vidi. diligenterq; perlustravi hunc tractatū eruditissimi M. Fr. Baslij Pontij Legionensis in Academia Salmanticensi Cathedræ Durandi meritisissimi moderatoris, de sacramento Matrimonij, in quonihil orthodoxæ fidei, Sanctorum Patrum doctrina, recta morum institutioni, ac pietati Christiana non consonum reperis: sed potius sanam, singularem, atque valde vilem doctrinam nimia rerum varietate, & eruditione, præsertim sacrorum Canonum, Conciliorum, atque viriusque iuris non vulgaribus illustratis Decretis. Opus proinde aequè Canonici & Ciuilis iuris, ac sacra Theologia, professoribus utile & necessarium. Inter alia, qua auctor suo vasserimo ingenio, admirationeq; digna præstat, illud nō infimè tenet locū, quod hoc austo volumine, qua alijs de hac re latiori calamo scripserunt, breuiori, auctiori tamen, complectitur. Non solum enim nihil intactum, nihil indecisum relinquit, sed multa alta singularia scitu digna addit. Id solum est, in quo displicere possit, quod tanto latuerit tempore. Illud enim tractatus de impedimentis Matrimonij eiusdem Auctoris, eiusdemq; eruditionis iam pridem in lucem editus magnopere de fidei abat. Quapropter dignum censeo quod typis mandetur, ut ipse communi bono non mediocriter profuturum. Salmantica in Conuentu S. P. N. Augustini 5. die mensis Maij. Anno Domini 1620.

Fr. Francisco Dominguez.

Facultas Ordinarij.

Concessit facultatem Ordinarius Salmanticensis, 27. Iunij. Anno 1620. Ut latius in originalibus literis continetur.



MAGISTRI
FRATRIS BASILII PONCII
LEGIONENSIS AVGVSTINIANI,
 APVD SALMANTICENSES IN
 DVRANDI CATHEDRA
 ANTECESSORIS.
DE SACRAMENTO
MATRIMONII.
PROOEMIUM.



Hoc opus de Sacramento, & contractu
 Matrimonij, neque satis magno volumi-
 ne explicaturi, aptè diuidimus in qua-
 tuor præcipuas partes. Prima explicat ra-
 tionem, & essentiam matrimonij. Secū-
 da ea, quæ cum matrimonio pugnant. Tertia effectus.
 Quarta affinia, siue adiuncta. Idè totam hanc mate-
 riam, quæ magna rerum varietate constat, duodecim
 libris comprehendimus. Primus agit de essentia ac
 institutione Matrimonij. Secundus de causa efficien-
 ti matrimonij, hoc est, de consensu absoluto. Tertius
 de consensu, cui adest conditio. Quartus de his, quæ
 pugnant cum matrimonio ex parte cōsensus, vt cum
 A adest

D E
MATRIMONII
 INSTITVTIONE, ET
 ESSENTIA.
 LIBER PRIMVS.

Doctrina ratio postulare videtur, ut explicemus primo loco, quae pertinent ad eas quaestiones, quas Philosophi vocant: An sit, & quid sit Matrimonium. Cumque in matrimonio sit ratio contractus, & ratio sacramenti, eius secundum utramque rationem quidditatem haec primo libro explicabimus, ut postea ad alia transeamus.

De Matrimonij varia appellatione.

CAPVT PRIMVM.

S V M M A R I V M.

Commendatio Matrimonij ex Iustiniانو, Iustino, Leone Imperatoribus, & Ambrosio. num. 1.

Varia vocis Matrimonij significatio. n. 2.

Matrimonium, & coniugium, & sponsalia, & nuptias vocari, redditur vniuersusque vocis ratio: illustratur locus ex Genesi. Nuptiarum nomen saepe à Matrimonio significatione distinguit. num. 3.



DE Matrimonio disputaturi, non mirum si, vt I. C. solemne est vnumquemque iuris locum fere ordiri ab eius commendatione, quam vt plurimum ex vtilitate ducunt, vt passim videre licet apud Vlpianum:

verbi gratia, in l. 1. D. de minoribus, & l. 1. D. si certum petatur, etiam nos librum hunc in quo de nuptijs, & matrimonijs dicturi sumus, ab encomio, & laudibus argumenti tractandi exordiamur. Quāquam, & id argumentum eiusmodi est, vt se ipsum cuiuslibet tacito natura sensu, atque instinctu facis commendet. Iustianus quidem Nouella 22. in principio haec habet: *Si matrimonium sic est honestum, vt humano generi videatur immortalitatem artificiose introducere, & ex filiorum procreatione renouata genera manet, ingitur Dei clementia, quantum est possibile, nostra immortalitatem donando natura, recte nobis studium est de nuptijs.* Similiter idem Imperator nouella 30, in fine proemij: *Nuptijs (inquit) nihil est hominibus vitium, tanquam*